Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

est ex potentia entium in actum trans-
mutatio dictorum est. Et secundum modum
differt transmutationis. Videtur
enim quod alteratur non ex ne-
cessitate transmutari secundum locum,
neque quod generatur. Quod autem augmen-
tatur aut diminuitur, alio quidem
modo ab eo quod fertur. Quod quidem
fertur quidem enim universum altera-
tur locum; quod augmentatur quem-
admodum quod deducitur: hoc enim
manente particule transmutantur
secundum locum, non quemadmodum ea que sphere. Hec enim
in simili loco transmutantur
toto manente. Quod autem eius quod auge-
tur semper ampliorem locum, in
minorem autem que eius quod diminuitur.
Quoniam igitur transmutatio differt
non solum autem circa quid, sed
sicut eius quod generatur et alteratur
materia. Circa quod autem transmuta-
tio est augmentum et diminu-
tionis, circa magnitudinem autem
videtur esse augeri et diminui. Est
qualiter suscipiendum utrumque
ex in potentia quidem magnitu-
dine et corpore actu non in corpore
et sine magnitudine genera-
ri corpus et magnitudo. Et hoc
dupliciter contingente dicere qua-
liter augmentatio utrum ex
separata ipsa secundum se materia aut
existente in alio corpore. Aut
impossibile utrumque separata
enim erit. Aut nullum possidebit
locum velud punctus ali-
quis aut vacuum erit corpus
insensatum. Horum autem hoc quidem
non contingit, hoc autem ne-
cesse in aliquo esse. Semper enim
erit quod generatur ex eo. Quare
et illud secundum se aut secundum accidens.
Sed si in aliquo existit sic qui-
dem separatum. Itaque ut nullius

secundum se aut secundum accidens aliquid sic
contingunt multa et impossibilia.
Dico autem verbi gratia. Si generabitur
aer ex aqua non aqua erit trans-
mutata, sed propter eam quod ut in vase a-
qua inerit materia eius. Infini-
tas enim vel prohibet materias esse
quare propter et generari actu. Amplius
neque sic videtur generari aer ex
aqua ut exiens a manente.
Melius ergo omnibus inseparabilem
facere materiam omnibus ut
entem eandem et unam nu-
mero, ratione autem non unam. Sed non
punctos ponendum neque lineas
corporis materiam propter easdemque
causas. Illud autem cuius hec ultima
materia erat neque in quam sine
passione possibile est esse neque sine
forma. Generatur quidem igi-
tur simpliciter alterum ex al-
tero quod ad et in aliis determina-
tum est. Et ab alio autem actu en-
te aut omogenos aut omoy-
dos. Ubi gratia ignis ab igne,
aut homo ab homine aut ac-
tu duriori: enim aut duro gene-
ratur. Quoniam autem et sit corporee
materia corporis talis. Talis cor-
pus enim commune nullum sed certe
et passionis et magnitudinis
est. Ratione quidem separata loco
autem non separata nisi et passiones
et magnitudinis separabiles. Ma-
nifestum autem ex questis quoniam non
est augmentatio transmutatio
ex potentia magnitudine ac-
tu autem nullam habente magnitudinem.
Semper actum enim esset quidem
commune. Hoc autem quoniam impossibile prius
dictum est in aliis prius. Amplius
autem talis transmutatio non aug-
mentationis propria sed generatio-
nis augmentatio enim existens